

18. Ico. **C**akib. **I**n vñis cibis vñdici. **I**onie  
vñ **T**onitrua. **I**n gñs apñ qñ. **E**t pñm qñ dñm  
**T**hñg nñr me pñticipacu corpñ. **Z**imñ qñ.  
qñ vñis pñm or vñt cibis vñdci sum  
qñc qñ de vñopanez a me ali. pñticip  
pñc. **E**nate usq; sñdci sum. **V**nde qñ  
dñm hñstas pñticipes st. alvñs. **D**ic qñ  
dice. qñ pñl pñdant tñt qñ. qñt qñ  
pñlñ sñt aliquæd. **E**n qñm qñt gñtar  
dñmñs vñvolant zñm du. **F**redund  
vñs sñce sñ. **I**demorox. **H**ipotigle mñt  
domñ bil ec. **T**hñg ammox. **R**em. ru  
tyste mñse domñ pñticipes qñ. **T**hñg  
dñmñs. **T**hñg mñkam. **S**um. **H**ipotigle  
fntions uñ. **G**um. **D**omñ bil ec. **T**hñg  
omñ expidit. **O**mñ bil ec. **T**hñg  
rant. **E**thno qñ. **S**um qñ quñ. **F**qñ. **A**ltu. **q**  
Dñmñ hñm vñcalti vñt mñrñntu. **M**  
hul mñgñtis Appz consñcne. **E**scmt. **q**  
tert. **P**lentias eus. **F**rmis qui. **S**erit. **V**  
mñfici. **W**l. **C**unt et vñlge. **M**on. **Q**o. **S**abre

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

2. DISPUTATIONES  
Institutionum Anatomicarum 17. & 18.

De

# OSSIBUS CORPO- RIS HUMANI, IN GENERE ET IN SPECIE.

Quas


D. O. M. A.  
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHI,  
Marcobrettani Fr., Med. & Phil. D.

In celeberrima Wittenbergensium Academia  
defendendas suscipiet

Ieremias VVidholtzius  
Augustavindelius.

Ad diem 6 Decemb. horis & loco notis.



VVITTEBERGAE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.  
Anno c15 15 CVI.

*Prudentia, dignitate, virtute, multarum,  
Et maximarum rerum usu pra-  
stantissimo viro*

**Dn. DANIELI STENGLINO**  
inclytæ Reipub. Augustanæ  
Consuli celeberrimo:

*Nec non,*

*Singulari pietate spectatissimis Et Am-  
plissimis viris*

**Dn. IOHANNI BAPTISTÆ:**  
Et

**Dn. CHRISTOPHORO STEN-  
GLINIS, fratribus.**

*Patronis, Fautoribus Et amicis suis summa  
semper observantia colendis,*

*Hanc de ossibus diaconi in debitæ gratitudinis lexempsit,  
amicitiæ Et consanguinitatis munificos*  
*Exhibit & offert*

*Respondens.*

# DE OSSIBUS CORPO- RIS HUMANI.

**D**icitur quod tres ventris regiones aliquot συζητήσεων examinavimus, membraq; tam χυλώσεις quam αἷματά inservientia perlustravimus: reliquum est, ut ultimum ἥχον seu continens, ossa nimirum, quorum universam compagem κακεφαλῆς eis πόδας veteres σκελεπίν (ἀπὸ ής σκέλεων, quasi aridum & resiccatum corpus diceret) ad trutinam revocemus. Antequam autem ad specialem ossium enumerationem accedamus, in genere quædam essentiam eorum concernentia præmittemus.

## CAP: I.

Definitur os, quod sit pars animata, ex terrestriore pinguioreq; seminis portione, à facultate procreatrice producita, ut fulciens partes moliores, firmius atque securius moveatur animal.

1. *Os definitur pars, non membrum, quia servata proprietate vocabuli membra sunt, quæ cum sint tota, in alias partes dividuntur, ex quibus constant: ita Caput, Pectus, Thorax,*

cujus membra sunt, quæ in alias partes, in os, ligamentum, venas, arterias & alia dividuntur. Pars verò propriè accepta, pro ut certæ actioni destinata est, in alias partes non dividitur. Ab ossibus enim pars alia ossis separata, partis naturam non obtinet, quia actione & vita caret. Ideoq; etiam additur in definitione, est pars animata, Fern. lib. 2. Phys. c. 1.

2. De efficiente controvertitur. Polybius existimavit, spiritum semini congenitum. Hipp. calidum innatum. Arist. calidum innatum & spiritum conjungit. Gal. à virtute formatrice oriri contendit; Est verò efficiens gemina principalis una, quam Gal. & Capivacius formaticem, specialius virtutem ossificari, & subnaturali facultate comprehendit, vel adjuvans seu ministra, quæ spiritus & calor.

3. De materia inter Medicos & Philosophos variae sunt disputationes. Quidam enim ossis materium σπέρμα esse statuunt, alij menstruum sanguinem. Nos materiam proximam, semen esse defendimus, cum Archang. sequenti ratione. Quod nunc est, & antea non erat, necessario genitum est, aut ex nihilo, aut ex aliquo, non ex nihilo, quia ex nihilo nihil fit, natura duce, igitur ex aliquo, non ex quolibet, quia quodlibet non fit ex quolibet, sed tale fit ex tali. Procreantur ergo ossa ex tali, scilicet semine, non plantarum, sed animalis, non infæcundo, sed fæcundo, non ex toto, sed ex portione illius dura, crassa, ut docet Arist. 2. de gener. animal. c. 4. Gal. 1. de sem. 8. Hipp. de rerum principijs. Volumus itaque materiam ossis esse semen seu σπέρμα, & quidem crassissima & terrea illius pars, quæ post spirituum operationem & effectiōnem relict a fuit. Non tamen materia illorū omnino absq; humiditate est, sed aliquo modo humida, non gluinosa, sed pinguis.

4. Sed videtur hanc sententiā pugnare contra Galenū, qui ait lib. 1. de fac. nat. & 2. c. 2. Omnes nostri corporis partes scribit conditas esse ex semine & sanguine. Ad quod respondemus,

Galenum

Galenum non negare, ex semine omnes partes generari. Ex semine quidem fiant omnes partes, vel quia semen ex sanguine generatur, vel ratione nutritionis & augmentationis, quia nimis post deformationem & delineationem partium, in semine a sanguine materno fetus omne nutrimentum accipit, vel licet sanguis maternus semini commisceatur, fetus adhuc nondum descripto, quia tamen ante in substantiam seminis convertitur ille sanguis, quam ex ipso partes formantur, ideo potius ex semine quam ex sanguine, partes omnes generari dicuntur. Atque hinc Gal. ipse i. de semine c. 11. & 16. affirmat. Corporis humani partes omnes ex semine factas esse; recte itaque materia ossis semen esse statuitur.

5. Forma duplex, Essentialis, quae est, qua os est os, atque anima vegetativa in spiritu & calore proprio ossium insidens, compleat ossa ipsa, ipsarumque functionum causa. Vnde constat mortuorum non rebus, sed tantum nomine & aequo dictari ossa, Namque haec accidentalem formam, quae in figura consistit, retinere. Arist. 2. de gen. animal. c. 1. Scalig. Exerc. 6. sect. 12.

6. Finis quaternario numero comprehenditur. 1. ut stabiliant fermenta, partes molles: 2. ut eisdem speciem, figuramque exhibeant: 3. ut homines & cetera animalia progradientur & operentur: 4. ut impulsiones externas citra jacturam sustineant.

## CAP. II.

### DE DIVISIONE OSSIS,

1. Os dividitur in tres partes, 1. nomine caret, aut nomen totius retinet, 2. απόφυσις εξογή περιβολή, & 3. οψις eminencia, productio, extuberantia, Celsus lib. 2. c. 1. απόφυσις est pars ossis conata, & nihil differens ab osse, nisi quod instar gibbi & tuberuli promineat, latini vocant processum. Differt itaque απόφυσις ab οψις, quod haec non sit pars ossis, deinde nullus seres est sine απόφυsei, at οψις multa carent.

Hujus differentiae tres, aut enim rotundo tubere prominet os, & dicitur neβαλη: aut ex gracili & acuto principio sensim dilatatur, & à uxη cervix: aut in mucronem desinit, & in acutum finem protuberat, κορώνη seu κορώνος appellatur, estq; multiplex, 1. γολοειδης aut γεαφοειδης; 2. αγχυφοειδης, 3. κορακοειδης, 4. μασοειδης.

Vsus à πορέ est, 1. ad roborandam connectionem, 2. ut ex collibus prodeant, ligamenta & nervi, & ibidem inserantur. Deniq; ad tutandos & propugnandos nervos.

3. Vocatur ὀπίφυος appendix, appplantatio, & nihil aliud est quam os ossi adnatum.

4. Vsus appendiculum sive implantationum, secundum Galenum est, ut sint quedam ossium opereula, quibus contingantur sinus magnorum & medullorum ossium, ne in illis contenta medulla effluit. Alij Anatomici alium usum appendiculum deprehenderunt, nempe, illas ossibus adjunctas esse, firmioris & robustioris connectionis causa, ut nimis ex appendicibus prodirent ligamenta, ad compositionem & articulationem roboran- dam necessaria. Hec igitur ligamenta, cum in ipsis ossibus figi & cohærere non possint, propter duritatem, ideo natura illis substravit corpus intermedium, nempe appendices Cartilagineas, & ossibus moliores. Hinc etiam colligitur, non constare sibi Galenum, qui scribit: appendices duriores esse ipsis ossibus.

### CAP. III.

#### DE CONIUNCTIONE SIVE COMPOSITIONE OSSIS.

1. Coniunctionio seu Compositio est concinna ipsorum in- ter se aptatio, ad edendos omnes motus à natura institutos. Hu- jus species sunt: 1. αρθρη articulatio, quia ita junguntur, ut mo- veri

veri possint. Hujus species duæ, alia laxa diæphæsis, ejus species tres. 1. evaglæsis, ubi rotundum aut oblongum caput in sinum aliquem inseritur: hoc modo coheret os humeri, cum os scapulae, os femoris cum coxendice, in quibus motuum omnium differentiae apparent. Extensio sc: antrorsum, retrorsum, contractio ad latera, & rotatio in circulo. 2. Avidæcum raritas in superficie & capitulu depresso. 3. γιγγλυμος, quo os idem excipit & excipitur. Gal. lib. de oss. & Hipp. lib. de arte. c. 34. Exemplum ædædias habemus in connectione vertebrae primæ cum secunda, ita radicum ulnae. Exemplum γιγγλυμος, habemus etiam in compositione humeri & ulnae, femoris & tibiae.

Atque haec sunt differentiae, diæphæsis, in quas dividitur ovæphæsis: distinguuntur tamen inter se eadem ratione, qua ipsorum genera.


2. Alia compacta & constans ovæphæsis: quemadmodum enim evaglæsis, quæ species erat, diaedæsis, est duorum ossium, quorum alterum suscipiens, cavitatem amplam & profundam habet, alterum id quod suscipitur, caput oblongum, & cum motu manifesto: ita etiam evaglæsis, quæ species ovæphæsis duorum ossium est, quorum alterum cavitatem magnam, alterum vero caput oblongum habet, cum motu admodum obscuro, & vix perceptibili, eodemque modo in ædædias & γιγγλυμo. Exemplum evaglæsis positæ sub ovæphæsei, cum motu obscuro, est connectio tali cum osse naviformi: ædædias, obscurioris motus, exemplum est in conjunctione postbrachialis cum brachiali. γιγγλυμo denique exemplasunt in osse tali & calcis.

3. Symphysis est osseum inter se unio sine motu. Est q. i. sutura, que est osseum compositio rerum consutarum more conflata, quales sunt suturae calvaræ.

### 3. Gomphysis

4. Gomphysis est ossium structura, qua instar clavios ossi  
infigitur, ut dentes.

Sceletus, quo series ossium atque compages  
cū neφalīs ēis wōdās in conspectu ponitur,



- A Os frontis.
- B Os verticis.
- C Ossa temporum
- d Os genae superi-  
oris.
- e Os genae supe-  
rioris, cui & fora-  
men incisum est, ner-  
vi proximi subter o-  
culi orbita foras elab-  
entis, & mortario-  
la dentium superio-  
rum impressa da die  
Augen zehne stehē.
- f Maxilla inferior
- g Nasī ossa.
- hh Claviculae sive  
juguli.
- i Cartilago mu-  
cronata ossis pecto-  
ris.
- K τὸ σέργον, id est,  
Os pectoris.
- MM Vertebrā lum-  
borum.
- n Os sacrum.
- o Cartilago, qua-  
tanquam,

tanquam ferrumine ossa ea ad pubem cohaerent, ita firmiter, ut in partu minimè hiscere queant, fætu viam foras affectante.

p p Ossa ilium.

q q Ossa ischij.

r r Ossa pubis.

s. s. Caput rotundum & magnum femoris, quod ischij caritatem ingreditur.

t t Processus femoris exterior, id est, rotator major.

v v Rotator minor, id est, processus femoris interior.

xx Os genū sive patella, rotula.

y Ostibiae, sive facile majus, Canna major, seu domestica cruris.

z Fibula, sura, minus facile.

A Malleolus interior.

B Malleolus exterior.

C Talus, astragulus, os balista.

d Os ovaφoides naviculare à cavitate lintris, ita cognominatum.

e Quatuor ossa, quorum tria nominata sunt, quartum, nuφoides à cubi sive tesseræ forma dicitur.

f Ossa pedij.

G H Ossa digitorum.

I Caput brachij sive humeri, quod in scapula cavitatem inseritur.

K Os brachij.

L Articulatio cubiti.

M Radius cubiti os superius.

N Cubiti os inferius ulna.

O Brachiale seu carpus, cubito copulatus, octo ossibus concinnatus.

P Postbrachiale seu Metacarpium brachiali commissum, ossibus quinq<sup>u</sup> extractum.

B

QRS Di-

QRS Digi<sup>i</sup> man, quinq<sup>u</sup> postbrachialis ossibus quinq<sup>u</sup> imit ates, ex quibus quatuor, tribus, pollex duobus tantū ossibus constant.

Secunda Figura dorsum universum è vertebris ipsius invicem contextis ostendit.

AB Cervicis vertebrae septem.

CD Thoracis vertebrae duodecim.

EF Lumborum vertebrae quinque

GH Sacrum os sex ossibus efformatum.

Tertia Figura occipitij os à Calvaria separatum exhibet.

A Foramen occipitij ossis, dorsalis medulle gratia excisum.

BC Capitula duo occipitij, quæ primæ cervicis vertebrae coarticulantur.

D Asperitas in foraminis ab anteriore sede cui ligamentum inseritur.

5. Harmonia est ossium symphysis per simplicem lineam effecta, quales commissuræ ossium in maxilla, superiore naso, palato, orbita oculorum. Hoc modo omnia genæ superioris ossa, & ossa nasi, ita palati ossa connectuntur. Postremò loco notandum, omnis connectio, cuiuscunq<sup>u</sup> generis sit, perficitur & absolvitur interventu alicuius medij. Illud medium triplex est, vel cum per caraem aliquid alteri adhaeret, ut dentes in alveolis defixi, permanent beneficio gingivarum & dicitur talis connectio συράρησις: vel per nervum sive ligamentum, ut plurima ossa. & dicitur connectio συνδέσμος: vel deniq<sup>ue</sup> per Cartilaginem, ut os pectoris cum costis; vertebrae cum osse sacro, quæ connectio dicitur συγχόνωσις. Neg<sup>it</sup> videtur assentiendum Galeno, qui has tres connectiones, vel tria hæc intermedia tantum ad σύμφυσιν refert cum in connectione omni per articulum eadem reperiatur, id quod experientia & autor<sup>itas</sup> anatomica probat.

Tantum de prima disputatione, nimirum de Ossibus in genere.

DISPV-



## De Ossibus in Specie.



Xplicata ossium essentia & affectionibus, jam seorsim singula examinanda veniunt, quod ut præstemus facilius Sceleton in quatuor classes dividimus, 1. in ossa capitis, 2. in ossa spinæ & thoracis, 3. in ossa brachiorum, 4. in ossa pedum.

### De Calvaria.

#### CAP: I.

**C**RANIUM seu Calvaria est os capitis cerebrum continens & communiens.

I. *Calvaria gracis uerius, quod sit velut uerū galaea.*

II. *Totum hoc os mira naturæ providentia crassum est & rarum constructum:* 1. *Crassum quia cerebro est propugnaculum,* 2. *Rarum verò & laxum,* 1. *ne pondere gravaret,* 2. *ut succum pro alimento contineret,* 3. *ob vaporum perspirationem.* Gal. 1. de usu part. 18. 9. ut. part. 1.2.

III. *Pluribus ossibus coagmentatum est;* hoc ideo contigisse, inquit Paræus, quo foret cerebrum ab internis & externis injuriis tutius: *Nam cranium cum sit ædificij humani tanquam infumibulum, ad quod totius corporis sumi omnes si unico osse compositum fuisset, exitus sumis illis non patuisset.* Sic ergo homini natura adversus internas iniurias cavit; sed & adversus externas voluit pariter caput pluribus ossibus constare, ut uno osse fracto reliqua in columia remanerent subsistente in ipsa

ossum divisione ictus violentia. Idem innuit Laurentius lib. 2. c. 8. ubi inquit securitati cerebri consulens natura, non uno osse sed pluribus solidum id tectum (cranium) efformavit.

Constat ossibus octo, sex proprijs, & duobus communibus.  
Arist. 3, hist. 17.

4. Proprium primum est os frontis οὐτωνον quasi μῆτρας ὄπαξ, aliis coronale, Barbaris invercundum, in plerisq; unicum est, quibus temperies cerebri aliquo modo humidior, in aliis gemina, ut in viris & mulieribus etate senescente, & in pueritia. Temperamentum partis mediae siccus, inferius minus siccum & figura rotunda, sed circa oculos aliquomodo depressa. Maius os hoc frontis quam temporum, & occipitis, licet hoc illo crassius & firmius. Connectitur cum ossibus brechmatum, temporum, nasi, ossibus & jugali. Gal. de oss. 1.

5. Secundum est os occipitis οὐτονον ab id est incurvari, alijs quasi ives à nervis, quia pars illa magis nervosa. In adulcis est unicum, in pueris & recens editis ex septem constituitur. Est verò omnium crassissimum & durissimum, figura verò est rotunda, sed prominentia maior ac in osse frontis. Galen. 5. de oss. 1.

6. Tertium & quartum sunt duo ossa, quorum unum in dextro, alterum in sinistro est latere, dicuntur Græcis βρέγματα & βρέχειν, id est, irrigare, mollescere. Substantia horum teste Hipp. est omnium rarissima, & maximè debilis. Figura fermè quadrilatera, & in parte media aliquo modo assurgit. Gallen. 1. de oss. 1.

7. Quintum & sextum sunt ossa temporum οὐτοφῶν à πότος pulsus, alias squamosa, quia instar squamarum componuntur. Item petrosa & lapidosa, unum in quolibet latere tenuissimum & durissimum. Parte infima siccus quam summa. Figura triangularis fermè. Adiunguntur vero his duobus

duobus ossibus cavitates & processus. Volk. Pla. in tabul. Fallop.  
I. obler. c. 3. Plat. tab. 7. Gal. 8. us. part. 6.

8. Cavitatum sunt duæ: 1. externa & illa, cui maxilla & inferioris processu committitur. 2. Interna, quæ auditus organa complectitur. Quorum tria sunt. I. Malleolus representat femoris imaginem, parte altera rotundo capite, parte reliqua in mucronem desit. II. Intus formam referens dentis molaris, III. Stapes seu stapha quod assimiletur ferro illi, quo eorum sellis insidentes pedes sistunt. Ossicula hæc solidissima ut resonent, & quod mirum, eorum in pueru eadem quæ in senecte magnitudo. Connectuntur membranis tenuissimis, nec non leva interiecta cartilagine. Evidem malleus incumbit incudi, cuius processus longior in stapedem inseritur.

9. Processus iterum duplex, proprius & improprius. Improprius est Cartilago, quæ caput auris erigit.

10. Proprius exosse conflatus quadruplex 1. Mastoides mammillaris, quod uberis vaccini formam representet. Est utrinque unicus, minus solidus, siccusq. Situs est uterque post formam pro sono hauriendo constructum, 2. sulcoides vel zygoides quod Callami scriptorij figuram representet. 3. Portionem constituit Zygomaticus. 4. Est intra positus nomine carens, geminus item durior & solidior, lapidis instar, ab Anatomicis præruptæ rupi confertur, oblongus, minus crassus, versus os basiliare crassior parte opposita.

11. Primum commune os est basiliare, quod capitib[us] basis & pluvicidib[us], cuneiforme partim, quod formam aliquam cunei referat, partim quod reliquis inseratur. Os sellæ, quod cerebrum ipsi quasi insideat: πολύμορφον multiforme, Arabibus os colatorij, quia huic glans pituitaria adiacet, quæ cerebri supervacua carne suapurosa & bibula, spongiae instar excipit, eaque per ossis huius

ius foramen in palatum pedetentim instillat. In adultis est unicūm, in pueris vero in quatuor distinctum partes, ut notat Fallopius. Crassissimum omnīū, quæ in Cranio deprehenduntur, ex cavitū parte supra, ut glandula pituitaria insidere queat. Processus sunt gemini in dorsiis quem sellam, à sellæ æquine forma nuncupant. Externos ἄρχοντας dicunt, quod vespertilionum ἄρχοντα, id est, alam repræsentent.

XII. Alterum commune os ἄρχοντα, cribrosum ex quatuor ossibus conflatum. 1. Tenue & perforatum, ad initium nasi, quod odoribus ad cerebrum devehendis consecrarunt. 2. Media pars summe acutum & solidius, crista galli ob figuram appellatur. 3. Os ἄρχοντα molle rarum & fungosum; in narium cavitatis contentum, 4. est ossiculum inferius latius & tenuius, ipsarum narium sapimentum. 5. Habet etiam calvaria suturas veras & spurias: veras tres. 1. Est coronalis σεφανίδια, quod ea cibitis parte corona gestari solent, 2. Sagittalis ὀσελιάδια παρδονίδης, Πτελευτήσα, à Russo dicitur. 3. Figura literæ λ λαμπδονίδης. Notæ seu spuriae due, quæ περισκυλλήματα, λεπιδονίδη squamosæ dicuntur. Usus harum multiplex, 1. faciunt ad liberam fuliginum transpirationem, 2. Ut duram cerebri membranam undiquaq; suspendant, 3. ad vasorum, quæ cranium & cerebrum irrigant, exitum, 4. ut Medicamentorum exterorum vis altius penetret.

## CAP. II. De Maxilla.

1. Maxilla dicitur à malo, id est, gena quod rotundam mali speciem referat. Gracis γένος, Δέσμο τῶν γράειν, quod ibidem barba prorumpat, 2. duplex maxilla superior Hippocrati propriæ

proprie  $\ddot{\text{y}}\text{us}$ , Gal.  $\ddot{\text{a}}\text{r}\text{a}\ddot{\text{y}}\text{us}$ , & inferior Hipp.  $\ddot{\text{w}}\text{é}\ddot{\text{t}}$ , Gal.  $\ddot{\text{x}}\text{atw-}$   
 $\ddot{\text{y}}\text{us}$ .

2. Maxilla superior est os immobile & brevius. 1. In omnibus animalibus immobilis excepto Crocodilo & Psittaco  
2. De ossibus quibus hæc constat controversia. Alij enim 11. alij 12,  
alij 13. referente Columbo numerant. Primum & secundum in  
utriusq; oculi orbita, magnitudinis mediocris, ut eam oculi  
partem, quia accubit, foveat. Deinde quatuor re-  
censentur, duo in oculi unius orbita, quorum unum tenuissimum  
minimum & aliquomodo rotundum, alterum in parte inferiore  
quadrilaterum, firmiusq; cum osse frontis, & processu ossis basilia-  
ris junctum.

Septimum & octavum os, omnium maximum, parte inferiori  
elatum & rotundum, cui labia adsunt. Nonum & decimum inter  
os palati, & processum ossis basiliaris descendenter possum, te-  
nuius & solidius. Undecimum & duodecimum est os nasi tenuius  
aliquomodo, extra rotundum, & intus excavatum Laurent.

3. Maxilla inferior cava & medullosa, ad dentium  
nutritionem, accretionem, & novam ut superior generationem  
faciens.

1. Constat hac in adultis uno osse, sed in puerulis gemino,  
ad medium membrum artificiosè collato.

2. Est os durissimum & solidius parte externa. Quapro-  
pter pars interna minus, externa magis sicca.

3. Rotunda in hominibus, in brutis oblonga.

4. Processus habet duos 1. In acutum vergens  $\kappa\text{o}\text{g}\text{w}\text{m}$  di-  
citur, in quem temporalis musculi tendo, inseritur, 2. ad aurem  
 $\kappa\text{o}\text{v}\text{d}\text{u}\lambda\text{w}\text{d}\text{n}\text{s}$  appellatur, cuius beneficio maxillæ inferioris cum osse  
temporum fit articulatio.

5. Accidentia huic tria, 1. cavitates quedam, quibus den-  
tes inseruntur,  $\varphi\text{á}\text{t}\text{r}\text{o}$   $\varphi\text{á}\text{t}\text{r}\text{ia}$ ,  $\beta\text{o}\text{d}\text{g}\text{i}\text{a}$   $\text{B}\text{a}\text{r}\text{b}\text{a}\text{r}\text{i}\text{s}$  mortariola.

2.  $\zeta\text{y}\text{y}\text{u}\text{p}\text{a}$

2. Ζύγμα os jugale, vel pentanum propriè non est os, sed processus  
geminus, 3. Dentes.

## C A P. III. De Dentibus.

Dentes sunt ossa omniū durissima, intus cava, nervis, venis,  
arterijsq; prædita, per gomphysin articulata, molliendis  
& præparandis cibis primò & per se à natura instituta Gall. II.  
usu. part. 8. & 9.

1. Dentes quasi edentes, Græcis ὁδόντες quasi ἑδόντες.

2. Causa efficiens est virtus Διεπλασιὴ speciatim denti-  
fica à Capivacio dicta, quæ calori utetur fortiori. Materialis est  
alimentum viscosum & medullosum in maxilla utraq; genitum.  
Forma nota. Finis primarius ut cibos moliant, & attenuent, secun-  
darius ut inserviant vocis formationi. Arist. 2. gen. an. 4.

3. Dentium historia dividitur, in generalem & particu-  
larem. Generalis est in qua consideramus, 1. totam seriem denti-  
um, quæ Βεγγὺος dicitur, id est, septum, quod Linguam sèpiat,  
2. locum vel partem, qua gingivæ proximi sunt, hæc μωιτὸς di-  
citur. 3. sedem, qua concavi sunt intus, & ὀλιμπὸς appellatur.  
4. summites latae, quibus cibum mandimus, & τραπέζαι, id est,  
mensæ vocantur. 5. Dentium interstitia quæ ἄρχοι vocantur. Par-  
ticularis est in qua consideramus nomina & officia, & numerum  
dentium.

4. Partibus constant duabus, superior extra sinum ma-  
xillæ eminens, Truncus, Inferior radix alveo maxillæ inserta.

5. Numerus dentium quatuor cancellis includi potest, 1.  
sunt quatuor incisorij in utraq; maxilla ἡμεῖς, διχασῆρες, τρέχοι,  
primi non ortu, sed occursu, 2. Canini utrisq; incisoribus adhæ-  
rentes κυνοδόντες duo. 3. Molares, viginti μύλοι, μύλετη & μόλοι,  
quod

quod instar molarum cibum citissimè conficiant 4. Dentes sapientes σαφορνη̄ς, quod àtatis anno tricesimo, & quarto septenario orientur. Avicenna dentes intellectus, Aristoteles νεγρη̄ς vocat.

5. Usum dentium duplicem tradit Aristoteles 5. gener. anim. 3. & 3. part. anim. 1. alterum communem & primarium, qui est preparatio & masticatio cibi, formatio vocis, alter est secundarius, nimirum ipsum robur, quod accedit animalibus à dentibus, quo robore utuntur, alia quidem ad sui tutelam & defensionem, alia verò ad offensionem & rapinas, ut animalia carnivora rapacia, ut lupi, Leones, &c.

## De Osse Linguae.

### CAP. IV.

Linguae inserviens os, anteriore parte, qua os respicit, valde obtusum, posteriori parte, qua ad fauces vergit, concavum.

1. Græcis dicitur vocides, quasi υψολοιδες quia literam γ, λαμβδοιδες quia λ exprimit. Galen. 7. usu part. 19. de diss. musc. 13. de diss. ner. 10.

2. Figura quasi arcuata est, ne inspirationi seu deglutitioni fiat impedimento.

3. Magnitudo in homine mediocris, in corvo maxima.

4. Ex ossibus conflatum quinq, 1. Basí est os unum instar fulcri, cui reliqua innituntur, 2. Lateribus duabus longioribus, quae ad cervicem annexuntur ex octo particulis, ut lingua exactius moveatur, 3. Processibus duobus, qui sunt exigua ossa ad basin, ut eo firmius caro linguae sustentetur.

C

CAPUT

CAP. V.  
De Ossibus Spinæ & Tho-  
racis.

Spina est os à cranio usq; ad supremum pe-  
dem, varijs inter se partibus articulata.

1. Dicitur spina, quia spinæ instar prominentes habet partes,  
Græcis ἄναρθρα Galeno & Aristotele πάχις.

2. Dividitur in collum, dorsum, lumbos & os sacrum.  
Cervix seu collum est os spinæ, quod incipit à foramine occipitis, &  
desinit in initium pectoris. Constat ex septē vertebris, quarum sex  
communem habent formam, septimum vero dens dicitur, quia à  
forma aliquo modo declinat. Gal. 12. us. part. ad fin. usq; & Primi  
capitis lib. 13.

3. Dorsum Græcis υπὸ τοῦ latius, tergum est illa spinæ pars,  
quaे incipit à cervice, & desinit in lumbos ex 12. vertebris conflu-  
tatur. Lumbi tertiam spinæ partem constituunt, quinq; ta-  
men vertebris constant, & crebris foraminibus perviae sunt, ea-  
rumq; obliqui processus, superiores quidem sinuum speciem refe-  
runt, inferiores paululum eminent. Fallop. lib. I. observ. c. 16. &  
seq. Vesal. l. 15. c. 17.

4. Deniq; os sacrum, non quod sacri & arcani quidpiam  
contineat, sed ob magnitudinem, est enim omniū totius spinæ ossium  
maximum. Constat verò quinq; ossibus, aliâs sex, quaे in puerulis  
facilè separantur, in adultis verò ita coabescunt, ut unicum appa-  
reat. Inscribuntur hæc ossa in vertebrarum numerum propter si-  
militudinem.

Ad

Ad extremum huic ossi adhaeret cartilagineum os, quod à similitudine, quam cum Cuculi rostro habet nōn dicitur. Tribus constat ossiculis, interdum quatuor. Primum reliquis est latius & maius, supernè sinum habens, quo unam postremis acris ossis partem excipit. Reliqua tria rotunda quodammodo sunt, & in acutum tendunt.



Hæc Figura OS sacrum de pluribus ossibus plerumq; s. multoties 6. interdum 7. consertum, demonstrat. Altera, caudam (nōnūz) ab ima parte sacro appensam ossibus 4. teretibus structam exhibet.

## De Ossibus Thoracis.

Thorax illa corporis dicitur regio, quæ sedem cordi, & Organis huic inservientibus parat.

1. Thorax dicitur δότος & θορακή à saliendo, vel juxta stoicos μνεγά τὸ θέρον ἡγεῖν, quod divinum quid contineat.

2. Dividitur in anteriorē & posteriorē partem, Anterior complectitur 1. Os pectoris σέργον Hipp. σῆθος, constat juxta alios ex 4. juxta alios ex 5. vel 7. Sunt q; ossa illa spongiosa & mollia. Figura in hominibus fermè triangularis, in brutis rotunda. 2. Costas τολευταὶ naturaliter in uno quoq; latere 12. Præternaturaliter in uno quoq; latere 13. Sunt vero costæ aliæ γυναικεῖαι germanæ, quod sterno articulentur, numero septem, quarum duæ superiores æviles φρεσ̄ retortæ, quasi sequentes duæ separati solidæ, tres ultimæ seorsim despe-

ctorales. Solidiores verò & firmiores hæ sunt parte interna, spongiosæ & rarae, figura semicirculari. Nothæ seu spuriae, quæ cum sterno non junguntur, & sunt numero quinq;. Gal. lib. de oss. 13. 8. adm. anat. 1.

3. Usus harum est ut viscera in medio ventre contenta defendant & musculos inspirationi inservientes sustineant.

4. Os ξιφoïdes quod gladio similis sit, mucronata cartilago appellatur: item malum punicum seu granatum, rarius bifidum, frequentius unicum observatur. Est totum cartilaginosum, sed ceteris durius. Duo verò anterioribus hisce ossibus annexuntur. 1. Est os cordis, quod in grandioribus animalibus observatur. 2. Claviculae geminae adlædes sternon cum scapulis jungunt & claudunt. Posterior thoracis pars complectitur scapulas, quarū duæ sunt dextra & sinistra, figura trapezia seu propemodum triangula, tribus potissimum lateribus constant. Processus habent tres, 1. αὐχὴ & ὄμονο-τήλη, 2. κορυnoides 3. αγώμοι appellatur. Gal. de oss. 14. & 13. us. part. 10.

Os innominatum est ossi sacro pertinaciter adstrictum.

1. Oribasius os αὐώνυμον. Rufus ιχίον vocat.

2. Unum in adultis, in junioribus triplici linea distinctum cernitur, unde in tres partes dividi solet. 1. Omnia latissima, & superior, os λαγόνεον, id est, Ilium dicitur, 2. Os pubis vel pectinis, 3. ιχίον os coxendicis dicitur, in quo cavitas profunda, seu acetabulum conspicitur, femoris capitii excipiendo dicatum. Ut habet Laurent. lib. 2. de ossibus.

## CAP. VI. De Ossibus Manuum.

Manus

Manus à scapula ad summos usq; digitos dividitur in humerum, cubitum & extremam manum.

1. Brachium Βραχίον Celsus humerus, est maximum brachij os, teres & longum, parte superiore, cum scapula inferiore cum cubito conjunctum. Partes habet duas, caput superius magnum & rotundum, inferius in tria distincta & inaequalia velut capita exurgit, sinum itidem appendicem & duos processus.

2. Cubitus est os inter humeri flexum & carpum in longum intercedens, πηχυς & ἀλένη, duobus constat ossibus, 1. Ulna Arabibus facile maius, est os cubiti, maius. inferius teres crassius versus humerum tenuius, constat etiam capitulis duobus, sed inter se dissimilibus. 2. Radius est os brevius & superius, rotundum aliquo modo, licet parte interna & media acuminatum, capita item habet duo. Componitur vero cum ulna per arthrodiam. Gal. 17. de oss.

Manus Græcis ἄρχοχεσ triplicibus donata ossibus. Primo brachialis υπάρχως comprehendit octo ossium struem, quæ duplice ordine distincta proprijs caret nominibus. Hæc cū radio per Διάρθρου, secum in vicem per synarthrosin, cum metacarpo partim per synarthrosin partim per diarthrosin conjuncta.

Secundo μετακάρπιον seu postbrachiale quatuor tantum ossibus constat, oblongis & gracilibus, quæ inferiori parte cum carpo per dubiam articulationem, superiore cum digitis per ginglymon connectuntur, habent in utrisq; extremis Epiphyses. Gal. de oss. 19.

Tertio digitii 15. ossibus constant, triplici ordine dispositis. Hanc digitorum seriem Græci Φάλαγγας acies & agmina vocarunt, item συνταλides, articulantur per gynghlymon. Eorum autem tubercula νόρδυλοι nodi intermedij dicuntur, quæ suscipiunt & suscipiuntur, ideoq; articulantur per Enarthrosin. Inter digitorum

gitorum articulationes ossicula acetabuloidē, Sesami semen referentia reperiuntur, quorum incertus est numerus, sunt hæc ad articulationis robur, & stabilitatem constructa. Gal.d.l.i.u.part.14.

## C A P. VII. De Ossibus Pedum.

Ossa pedum sunt, quæ totam ossium struem, à coxa usq; ad extremum digitum pedis comprehendunt.

Suntq; Triplicia.

1. Femur Græcis μῆνις καὶ μῆνος est os omnium maximum supra acetabulo coxendicis infra genu inarticulatum, figuram habet rotundam rectamq;, sed non exquisitè, duabus constat partibus. Quarum superior tres habet apophyses. Caput omnino maximum Hippocrati κατ' ἐξοχὴν αὐτοῦ Gal.de oss. 21. 3. de us. part. 9. Daus trochanteres, eorum alter externus, πέρας τε οχυρή magnus rotator, alter internus minor. Inferior pars capita habet duo sinum q; unicum.

2. Crus complectitur ossa à femore ad extremum usq; pedem, curvatura illa, qua os cum femore committitur, genu dicitur. Duobus verò constat ossibus. 1. Tibia νηνηνός crassum, & grandius altius ad femur ascendens, superior tibiae pars longior & crassior habet sinus duos capita femoris excipientia, & processum in medio. Inferior pars sensim attenuatur, in cuius extremitate appendix prominens, & gibbus cernitur, σφυρὸν, id est, malleolus internus dicitur, anterior tibiae pars in acutum & oblongum angulum producta ānava, id est, spina vocatur, 2. Fibula τερέος superiore parte genu non attingit, inferiore parte processum mittit, quem extremum malleolum vocant. His verò ossibus communē præstat operam

ram, os rotundum, quod femoris & tibiae articulatim adhaeret, mu-  
λη mola, vulgus rotulam sive patellam appellat. Galen. d.l. c. 22.  
3. us. part. 13.

3. Extremus pes ῥῶς, ὕγρανον μὲν Galindov, instrumentum pro-  
gressionis, tres habet partes.

Primo Tarsus ossa habet 7. 1. ἀσπίγαλον ἀσπίδη, talus,  
os balista, ab imis tibiae & peronae processibus comprehenditur, 2.  
megia calx, calcaneum maximum & crassissimum, 3. oncocondes os  
naviculare habet in gibbosa parte tres superficies planis proximas.  
4. ucocondes os tessera quadratum. Reliqua tria innominata à  
Fallopio χαλκοειδns cuneiformia dicuntur. Gal. d.l. 25.

Secundo Metatarsus πάδιον, alij plantam quinq. ossibus con-  
stat, prima parte crassus & sinuatus, qua cum quatuor postremis tar-  
si ossibus componitur, altera cum primis digitorum articulis jungi-  
tur.

Tertiò, ossa digitorum quatuordecim tandem sunt, eadem  
acie disposita, excepto pollice, qui duobus tantum ossibus constat,  
articulantur per ginglymon, & sesamoida habet ad articulorum  
robur.

Ethæc de totius corporis ossibus plura,  
in confictu audiemus.

### Π ΑΡΑΔΕΙΝΙΑ.

I. An ossa sint frigidiora & sicciora pilis? Affirmatur  
prius.

II. An omnia ossa medullam habeant & an sit ossium  
alimentum? R. medulla propinquum, sanguis vero remotum.

III. An verum sit quod asserit Cornelius Celsus: ca-  
pita sine cranij suturis non modo validissima ac firmissima es-  
se, sed etiam ab omni dolore penitus immunia? Negatur. Ra-  
tio quia vaporibus exitus pateat necesse est.

IV. An dentes sint ossa & num sentiant? Aff.

V. An

V. An sit juxta Galenum os in corde? Negamus in  
homine. In cervo concedimus.

VI. An costa de qua fuerit facta Eva integritati cor-  
poris Adæ fuerit necessaria, an supervacanea? Superflua si con-  
sideratur Adam ut singularis homo & particularis persona, ne-  
cessaria secundum Dei electionem, qui ex Adami costa corpus Evæ  
fabricare constituerat.

VII. An idem sit numerus costarum in viris ac mu-  
lieribus? Aff. naturaliter.

VIII. Cur ossa combusta, primum nigra sint, postea  
vero albescant? R. Id fieri propter exsiccationem & resolutio-  
nem humidi spirituosi tenuisq.

os(:)se




Uk 662

Obra completa de Don Quijote de la Mancha

ULB Halle  
005 136 865

3



1017

Ay

de ut deus eud-fratre. omnia regni dei facta.  
¶ Omne offensione estis ille exponit. Exinde  
sic deo facta et ego ex omni omnibus placuisse  
hunc quod in vtile est s' qd' multe. et sol

### Saint Lupini undinum

¶ Ita datus me estis facta et ego ipi in uita  
antes vos faciat. qd' per omnia remordet quis  
et scilicet huius uite prius tibi men temeris  
¶ Solo aut vos facie qd' omnes omni caput ut  
est caput. it mulierem ore caput pecte ipsa  
¶ Omnes omnes ei qui est caput uida caput

aut caput sunt. ¶ Omnes si mulier omne a  
propter non poterit caput. Aut caput non sunt

¶ Num est eni ac fabulatio. Romi si non  
poterit mulier poterit. et iusta tangere  
mulier poterit. et levigare poterit.

¶ Ubi nuda non poterit caput sunt. qd'  
magis est ergo nisi du. pulchri ex gloriam  
poterit. Romi eni poterit mulier ex mulier  
poterit. Et enim non est auctor ut pecte nichil  
si mulier poterit. Tunc poterit mulier. et  
lancio huius ex pecte nichil.

¶ In vno uero mense laetare. et in aliis  
tempore. et in aliis. et in aliis. et in aliis.

